



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio

Coloniae Vbiorvm, 1645

CAP. XLIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

tes meas, & si tradam corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest.

C A P. XLIII.

Sed tu, dulcis ac rectus Dominus, hos mihi tanquam funiculos esse relictos voluisti, unde, te auxiliante, ex limo, in quo hærebam, extraherer. Etenim, pro tua summa ac singulari pietate, diutius non es passus elongari à me auxilium tuum; sed demum mihi illud large copioseque attulisti. O Domine virtutum, qui facis mirabilia solus; ô pater misericordiarum, qui misereris omnium, & nihil odisti eorum, quæ fecisti; adjutor meus, consolator meus, salvator meus, si mihi sint ora centum, si linguæ centum, non hominum sed Angelorum, nunquam assequi dicendo possim, quas tu fecisti bonitates ac miserationes cum seruo tuo nequissimo ingratiſſimoque. sed quamvis indifertus ac rudis, quamvis pene infans & elinguis, attamen labia mea non prohibebo, quo minus, quantum in ipsis est, de corde pleno ac pingui eructent mirabilia tua, & cantent in populis gloriam tuam.

C A P. XLIV.

ERgo, cum iterum, mea culpa, jacerem nudus, inops, ac cæcus in sordibus meis, postquam commotus sum à te, ut infelicissimum meum statum agnoscerem, & horrerem, ut auxilium peterem, ut ad preces supplicationesque confugerem; immo, cum tu cordi meo suspiria, gutturi gemitus, oculis lacrimas dares,
cum